CODICE DIPLOMATICO BARESE

N. 1. **A. D. 952.** **(giugno, Indiz. XI).**

Data di luogo	Bari.
Rogatario	Hieronimus subdiac. et not.
Descrizione	Taglio rettangolare: alt. 0,40, largh. 0,29.
Scrittura	Corsiva con parecchi ricordi della longobarda (*V. facsimile*).
Contenuto	Cinnamo di Noia vende a Grusafo, f. Leocari clerici, di Bari, alcuni beni stabili posti in Noia e nelle sue adiacenze, pel prezzo di 3 soldi Costantini.
Bibliografia	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu (1) christi quadragesimo anno imperii domini Constantino. et octabo anno regnante cum eo domino Romano f. (2) eius sanctissimis imperatoribus nostris mense iunio. undecima indictione. Ideoque ego Cinnamo f. qd. (3) *(manca)* qui sum natibo de loco Noa, propinquo loco Lamule. dum mihi congruum est vona etenim mea voluntate vendere atque de presente. ante presentia (4) Siphandi imperiali spatharii kandidati. et iudice. vel de alios subscriptos nobiliores homines per hanc cartam venditionis venundavo quidem tibi. Grusafi (5) f. Leocari clerici. qui est natibo de civitate Vari. hoc est omnia sortione mea. de rebus quantam haveo in iamdicto loco Noa. et in pertinentiis de ipso loco. sine una vinea. et una curte quod menime tibi venundedit. nam alia omnia rebus. quem mihi est pertinentem. ex predicto genitorem meum. vel de successione parentorum. aut de emptione seu donatione aut undecumque vel quomocumque (6). vel per qualiscumque ratione.

---

(1) Per la trascrizione del compendio $\overline{\text{ihu}}$ (con *iesu* e non *ihesu* o *hiesu*) v. C. Paoli, *Le abbreviature nella Paleografia latina del medio evo* (Firenze, 1891) a pag. 18 in nota.

(2) Int. sempre « filius » o « filia » in caso retto o in caso obliquo, sing. o pl.

(3) Int. sempre « quondam ».

(4) * presentie.

(5) Era scritto « grusa filii », poi è stato aggiunto dal notaio stesso la finale « fi » a « grusa ».

(6) Generalmente è *quomodocumque*.

haveo rebus in predicto loco Noa. et in pertinentiis de ipso loco. idest curtis. vinealis. ortalis. territoriis aquis cisternis. puteis lacora. campis silvis. olivetis pomis arvoribus fructiferis adque infructiferis. cultum incultisque cum inferius superiusque suis. et cum viis. et anditis suis. et cum diversis finibus suis. et cum omnia infro se havente, illos tivi benundedi. unde nec mihi nec cuilivet alteri. neque morgincaput uxori mee nihil reservabi. sed tibi qs. (7) nominato Grusafi. illos in integrum venundedit tibi possidendum. pro quibus confirmandam hanc mea venditionem nunc a presentis recepi a te nominato emptori meo exinde finitum pretium auro constantinos solidos tres. In ea videlicet ratione. un (8) amodo et semper tu qs. emptor. et tuis heredibus iamdicta mea venditio havere. et securo nomine possidere baleatis. adque faciatis exinde omnia quod volueritis. sine cuiuscumque hominum contradictione. de quibus repromitto ego qs. Cinnamo. et meos obligo heredes. tibi qs. Grusafi. et ad tuis heredibus supradicta nostra venditio ab [om]nibus hominibus inantistare. et defendere. quod si nos vobis non defensaverimus. aut si nos ipsis per quolivet ingenium retornare quesierimus; ante omnia questio nostra. modis omnibus adversus vos vacua sit. et duplum supradictum pretium nos vobis componamus. et quod ista nostra venditio. aput vos remelioratam paruerit omnia sub estimatione pretii vobis restituamus. et predicta nostra (9) [venditio] in antea per invitis nos vobis defensemus. Super hoc autem. wadia tibi nominato emptori meo dedi. et mediatorem tibi posuit Boni germanus meus. qui est natibo de predicto loco Noa. ea vero ratione; ut ego. et meos heredes. defensemus tibi. et ad tuis heredibus. integra supradicta nostra venditio per nominatiba. da Rigale uxore mea. et da illis in cuius mundium pertinet. si aliquid vobis exinde tollere. aut havere et querere quesierit. per suum morgincaput. quam et da omnes homines qui vobiscum exinde causare. aut contendere voluerint. et si nos vobis non defensaverimus qualiter iamdiximus. decem constantinos solidos pena vobis componere obligamus et in antea per invitis nos bobis defendere placitamus. unde ipse mediator vester tribuit vobis licentiam se pignerandum per vobi. et alia sua legitima pignera. et hec carta venditionis in superdicta (10) ratione omni tempore sit firma. quam te Hieronimus subdiaconus et notarius taliter scribere rogavi intus in civitate Vari.

† ego qs. Siphandus imperialis spatharius et iudex.

† signum manu Basili imperiali spathario kandidato et demestico (*sic*).

† ego Leo teste sum.

---

(7) Int. sempre « qui supra » o « que supra » secondo i casi.

(8) Scrittura erronea per *ut*.

(9) Frammentaria.

(10) La forma solita è « supradicta », ma la carta qui ha « supdca » col *p* tagliato orizzontalmente in gambo.